



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

Reverendissimo Atque Illvstrissimo Principi Ac Domino Domino Iulio, Dei
gratia Episcopo Herbipolensi Franciæ Orientalis Duci, &c. Domino suo
clementissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

REVERENDISSI-
MO ATQVE ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO

Domino Iulio, Dei gratia Episcopo Herbipo-
lensi Franciæ Orientalis Duci, &c.

Domino suo clementis-
simo.



*Reuerendissime ac Illustriss. Princeps pa-
trone obseruandissime. Omnes qui de
Republica libros hactenus scripserunt,
multis eisq̄e firmissimis rationibus pro-
barunt Rempublic. siue Ciuilem, siue Ecclesiasticam
diu consistere, imò ne constitui quidem vnquam recte
posse absq̄ Politia, id est, ordine rectaq̄ administra-
tione & Disciplina. quandoquidem Politia est ordo
ciuitatis & vita ait Aristoteles, lib. 3. Politicorum ini-
tio, in eadē etiam sententia fuisse Socratem ex ipso
metu. e clarior apparet, Omnis inquit Politia est ani-
ma ciuitatis eandemq̄ vim habet in Repub. quam in
corpore anima seu prudentia, ergo vt corpus viuum,
si anima, qua viuebat sentiebat atque intelligebat se-
mel destituatur, statim efficitur cadauer, quod nec
sensum, nec motum habebit, multoq̄ minus intelligen-
tiā: ita similiter Resp. Ecclesiastica si semel sua Politia
ordine & disciplina careat, erit quasi mortua Resp.
omni sensu, motu, intelligentia vacans. Sanè vt nauis
licet bene instructa, tamen nunquam in portum per-
ueniret, nisi officia in ea essent distincta, leges ac Di-
sciplina*

disciplina ordo constitutus, ac similia ordinatè disposita: ita multò certè minus Respubl. Ecclesiastica diu incolumis sine ordine & disciplina conseruari potest. Vnde pulchrè qua ad ordinem Disciplina pertinent, ab Achine Nervi dicuntur, quia ab illis Ecclesie Respub. vt corpus à suis neruis sensum ac motum accipit, ac singula eius membra colligantur ac constringuntur. Hoc enim notatu dignissimum & si Respubl. Ecclesiastica potestatem puniendi malos per Disciplinã non haberet, reliqua Politia vel ordinis partes prorsus inutiles ac vana futura essent, hoc vidit acute Achines, vt ex hac sententia constat. Nullus aut fructus est eius Reipub. qua non habet neruos contra iniuste agentes. Quae ùmita se habere, Illustriss. Celsitudo Vestra optimè intelligat exemplo antecessorum suorum Episcopi partes sic pulchrè administrare proposuit, vt censura Ecclesiastica freno atque Disciplina Canonica falce subditos suae procuratori commissos in officio seuerè continendos omninò statuatur. Hoc enim praeipuum veri Episcopi munus esse haud ignoscit. Quod verò hunc librum de Disciplina Ecclesiastica collapsa restituentem V. Celsit. consecrarim multa causa iusta me impulerunt Principio quidem quod post transmissam Hieronymianam Confessionem ante annos 12. binis literis hoc munusculum V. Celsitud. non ingratum fuisse certiore fecerit atq; etiam exploranti, mihi animum S. Celsit. de Commentarijs Ecclesiasticis dedicandis satis innuere visa sit eos quoque se obuijs vlnis benignissime excepturum. Interim

verò

Gabriel
Palaeotus
partes
1. De administratione
Ecclesie
Bouoniensis.

verò dum operosius & laboriosius illud opus multò
 maiori ponderis ob imprimēdi difficultates & sum-
 tus prorogatur, hoc munusculo chartaceo oblato,
 salutandam, ornandam, & demissè eidem insinu-
 andum putavi, illius vtilissimè maiori operis editio-
 nem tum ob defectu patroni, tum ob magnitudinem
 sumtuum delatam hactenus fuisse. Fama publica vo-
 lat de Celsit. V. quod in Germania in fauore & affe-
 ctū erga sacra studia & bonas literas earundemq;
 cultores nonnullis principibus palmam praripiat, al-
 bisq; equis praeurat. Documento est erecta, excitata
 & dotata Herbipoli vniuersitas, ad quam exornan-
 dam Doctores & Professores vndequaq; doctissimos
 & celeberrimos euocauit, quos & largissimis stipen-
 dijs alit & sūmo fauore prosequitur, quā etiam sin-
 gularibus nouis Priuilegijs à sede Apostolica & Ca-
 sareae Maiestate impetratis communiatur & corrobo-
 rauit. Instituit quoque primò ad Vniuersitatem re-
 plendam insigne Collegium, quod seminarium vocat;
 in quo sic pulchrè edificato multos alumnos proprijs
 sumtibus liberaliter in studijs alit, insignem funda-
 tionem pro 120. doctis viris erexit. De Hospitali Iu-
 liano magnificentissimo extructo, cui nec in Germa-
 nia, nec in Italia, simile facile reperietur quid dicam;
 nisi quod largis elemosynis pauperibus prospiciendo
 aternas sibi māsiones & sedes in caelo preparat. Quid
 attinet commemorare frequentem Liturgia celebra-
 tionem, septimanæ sanctæ pia, deuota & dura exer-
 citia, pauperum refectionem, eorundemq; pedum lo-
 tionem

tionem sunt enim in ore omni populo. Disciplinam Ecclesiasticam institutis visitationibus in propria persona exercet, concionibus quoque ad populum more veterum Episcoporum incumbit, hereticos pertinaces in quibus milla spes conuersionis & emendationis apparet ex sinibus Franconia eicit, feros subditorum animos dulcedine pietatis emollit, & dum sacra cultura aures adhibent, mitescunt. Bona Ecclesiastica sic iustissime diuidit atque distribuit ad commodum totius Ecclesiae Herbipolensis ut nec pastoribus desint necessaria alimenta, nec alumnis pia congruaque subsidia. Praeter alias laudes hoc me vehementer accedit in amorem Celsi. V. quod ex pia memoriae q. fratris mei Doctore. V. I. & Professore Ordinario Coloniensisque Reip. Syndico Petro Schultingio Steinvychio intellexerim V. C. Celsi. cum Colonia adhuc antequam in Gallias contenderet studio Iuris operam nauaret, ipsius diligentem & assiduam auditorem fuisse, multaque ipse eidem praecleara testimonia et elogia praebat. Quare obtestor Celsi. V. ut hilari vultu hoc exiguum munusculum post Hieronymianam Confessionem accipiat, & maiora ac longè utiliora monumenta adiectis mihi calcaribus sibi promittat quae Deus diuissime ad tranquillam suae Ecclesiae gubernationem salnam & incolumem tueri & conseruare dignetur. Datum Colonia ex Collegio S. Andreae, Anno Domini 1598. ipsis Kalend. Maij.

Vestrae Reuerendiss. Celsitud.

cliens humillimus semper.

Cornelius Schultinge Steinvych sacrae Theologiae Licent: & Canonicus D. Andreae Coloniae.

FF

DE